



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Resolutio lutheriana super propositione deci[m]a tertia: de potestate pape**

**Luther, Martin**

**Lipsiæ, 1519**

**VD16 L 5781**

Seqvitvr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32449**

DECIMAETER TIAE CONCLVSIONIS,

(Id quod dixi potuisset intelligere (si tam sensum Petri, quā suā ambitionem quaesiuisset) ex mox sequentibus, vbi Petrus distribuens per singula, quae in collectione dixerat, seipsum exponit, omni in quā creaturae, siue regi, siue ducibus, q. d. Ideo dixi omni creaturae & omnibus hominū ordinationibus subiecti: ne qui vestrum se aduersus minores praesides eleuet, quasi tantūmodo regi obtemperatur: sed etiam missis ab eo, date, facite, seruate, quae, danda, facienda, seruanda sunt, Quo mō Rho. xiiij. Cui honorem, honorem: cui timor ē, timorem: cui tributum, tributum. Non ergo de creatura dei loquitur, quā Innocentius in suis opinionibus cogitat, Sed de creatura humana: vt verba expresse sonant: qualis non est seruus, quem timet imperium accipere super sacerdotes. licet: iuxta euangelium: cuius seruo nos oporteat submitti. quin totum hoc verborum cahos Innocentii, & nihil facit ad rem, & inscitiae suae dumtaxat testimonia sunt.

Aliud est creatura, q̄ Innocentius hic cogitat.

SEQ VITVR.

Quod autem sequitur, siue regi tanquam praecellenti. Non negamus, quin praecellat Imperator in temporalibus: illos dumtaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia.

Si quaeras verborū Petri sic tortorū rationem, rñdebit. Sic volo, sic iubeo, sit p̄ ratione voluntas.

Decretalīsta relicta sententia Petri, anxie de praecellētia regis & pontificis agit

Hic si quaeras, quā autoritate verbū Petri sic coartet: & quod omnibus dictum est, ad aliquos dumtaxat deprauator aptet: respondit aliquid nihil, quā sic volumus: nostro verbo credi fas est: etiam plus, quā expresso textui verborum dei.

PRIMVM. hic scriba laborat, vbi non vrgetur, & fugit, nemine persequente, scilicet mala fide, & conscientia vexatus. Petrus dicit, regi subdī debere tanq̄ praecellenti. id est, qui sit primarius & plusquā duces ab eo missi. At decretalīsta, vocabulo praecellenti, male tactus: timens, ne praecellentia sonet imperatoris super pontifices, anxie occurrit: & de praecellentia regis & pontificis, longe extra sententia Petri disputat. non aduertens verbum Petri, qui nō mō regi praecellenti: sed etiam ducibus ab eo missis, obtemperare praecipit. immo, omni creaturae humanae: de quibus nihil est sollicitus decretalīsta. quia verbum praecellentiae in ducibus, & creatura humana nō sonuit terribiliter in auribus eius. Breviter, ne dictionem vnā quidē in Petri hac autoritate intelligit is: quisquis est: scriptorculus Rho manus. & contendit tamen omnes oues Christi docere.

SED SEQ VAMVR EIVS FVMVM.

Imperator in temporalibus, oibus etiā sacris praecellit, idē iure diuino.

Dico, Imperator in temporalibus omnibus praecellit, etiam sacris: idē iure diuino, vt haec Petri verba cogunt. tñ, quia in arbitrio eius est, & sunt creaturae humanae, potest hanc praecellentia ipse sp̄are, vel retinere, vel dimittere, & in vtroq̄ habet ius diuinum. Sic a Constantini tempore, non autoritate pontificū, sed imperatorum, creaturis humanis, data est libertas, personis & rebus ecclesiasticorum.